

177

D . M

L . IVLIVS SEVER

(\*) INVS ARMIGER

(\*\*) VS III MARIN

N . DALMATINVS

MIL . AN . XVIII

IVLIA VXOR

Ibidem.

Z

D.M

(\*) *Armigeros trirerum nunquam audivi. Probabile tamen est illos arma, qua a custode armorum servabantur, navis & militibus subministrasse. Facile nunc intelligitur quid sibi velit nota HARM. in veteri Inscriptione a Gario vulgata Par. I. Inscr. Etr. Urb. pag. 242. quam Vir eruditissimus in explicatam reliquit, nempe Harmiger Triere Lucifero. CAMVRIVS COLO . HARM . III . LVCIFER. illud quoque notandum armigerus dici qui ab antiquis Scrip-  
toribus armiger appellatur.*

(\*\*) *III MARINO, quia scilicet a marino equo navis insigni nomen acceperat. Trireris Imperatoria Columna Trajana n. 233. Marino equo notatur. Sed haud ingrati rem fecero Lecttoribus, si ea iisdem Ravennatibus Inscriptionibus nuper detectis, aliam trirerem in scenam produxero.*

D . M .

M . TITIVS

A P V L V S

III ARCIN

NAT . DEL

VIX . AN . XL

MIL . AN . XII

M . ANNIVS

A P V L V S

B . M . P . C